



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Aduocatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

neretur manifesto periculo æterna fa-
lus sic interfectorum. Pontius & alij
48.p.3.tr.4.ref.223.

Aduocatus.

1 **A**Duocatus non tenetur de culpâ
leui; vnde si contingat eum causâ
cadere, eò quòd non præstitit quod di-
ligentissimus præstitisset; tamen si præ-
stitit quod solent diligentes, & docti
in similibus causis, nō tenetur ad resti-
tutionē. Lessius & alij 8.p.2.tr.15.ref.59.

2 Potest aduocatus ex opinione pro-
babili, relictâ probabiliori, patrocinari
causæ actoris, etiam vbi agitur de san-
guine, honore, aut amissione omnium
bonorum. Sanch. & alij 3. Imò etiam si
causa sit dubia, non peccat illam susci-
piens. Quia aduocatus nō profert sen-
tentiam, sed solum proponit quæ vi-
dentur causæ profutura. Malder. & alij
6.p.2.tr.13.ref.4. & 6.

3 Secundùm Sancium potest aduoca-
tus in praxi tutò amplecti opiniones
Antonij Fabri, Duareni, Cuiacij, &c. si-
milium iuriconsultorum: putat enim
speculatiuè veras seu probabiles, etiam
practicè esse tales. *ibid* ref. 5.

4 Quando litigantes conduxerunt
Ad-

Aduocatos, & procuratores ad annum, vel annos, cum pacto dandi certam annuam mercedem, seu salarium ad omnes causas quas habent, vel habituri sunt: si nulla causa inciderit illo anno agenda, non sunt illi aduocati, seu procuratores suo salario fraudandi; potest tamē aliquid detrahi arbitrio boni viri: si tamen aduocatus eius esset ingenij, vt mallet laborare quàm feriari, nihil videtur detrahendum. *Rebell. & alij 4. ibid. tract. 15. ref. 42.*

5 Potest in foro conscientix Cliens pacisci cum Aduocato de quotâ litis; & quando abest præsumptio fraudis, cessat obligatio legis id prohibentis. *Hombon. & alij. ibid. tr. 16. ref. 47.*

Æger.

1 **Æ**ger etiam si ob id quod comedit credat sibi obuenturum aliquod nocumentum non ita magnū, videlicet dolorem capitis, vel febrim aliquanto maiorem, non peccat mortaliter, imò neque si illud intenderet: quia nocumentum non est magnum. *Saneh. & alij. p 5 tr 3. ref. 135.*

2 Femina etiam aliàs moritura nō tenetur curationem ad verēda admittere